UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Isidoro. 478.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

& quidem Baptiſtæ Lex tunicam abs te
Luc.3. his verbis flagitat, Qui habet duas tunicas, det non habenti. Quòd ſi propter redundantem copiam hæc ſententia immutanda eſt, qui duodecim tunicas habet, ei, qui ne vnam quidem habet, impertiat.

Athanaſio Presbytero. 476.

Hæc vox, Quomodo, in Deo locum habere non poteſt: cuius vel ſola voluntas opus eſt admirandum.

Eutonio Diacono. 477.

Carnis vocabulum bifariam in Scriptura vſurpatur. Quandoque enim de natura intelligitur: quandoque autem de affectu ac labe. Prioris ſignificationis exemplum
Luc. 24. hoc eſt, Spiritus carnem & oſſa nō habet, ſicut me videtis habere: Poſterioris: Caro
1.Cor.15. & ſanguis regnum Dei hæreditate poſſidere non poſſunt. Quocirca is, qui labem & corruptelam, atque affectum coërcere ſtudet, carnis igniculos & incitamenta debilitat, Deóque etiamnum corporis vinculis conſtrictus, placet, atque cum corpore, tanquam à corporea mole ſecretus, regni ipſius hæreditatem conſequitur.

Iſidoro. 478.

Quod Dominus carnalem ortum ex Dauidis ſemine habuerit, & Matthæus, & Paulus, & Dauid, diuini viri apertis verbis
Matth.1. pronunciant. Ille, cùm ſcribit, Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid. Alter, cùm
Heb.7. perſpicuè aſſerit, quòd Dominus noſter ſe-
Pſal.88. cundum carnem ex Iuda ortus ſit. Poſtremus denique, cùm ait, Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius in æternum manebit. Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo: & teſtis in cælo fidelis. Quibus nimirum verbis Domini noſtri cum carne in cælum aſcenſum deſignat, ſempiterna futura, vtpote Deo verbo ita copulata, vt iam nulla ratione diuelli queat.

παρὰ σοῦ ἀπαιτεῖ· ὁ ἔχων δύο χιτῶνας, μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι, λέγων. εἰ δὲ χρὴ καὶ ἐναλλάξαι διὰ περιουσίαν τὴν ἀπόφασιν, ὁ ἔχων δεκαδύο χιτῶνας, μεταδότω τῷ μὴ ἔχοντι ἕνα. δέκα β.

Ἀθανασίῳ πρεσβυτέρῳ. υος.

Τὸ πῶς, ἐπὶ θεοῦ χώραν ἔχειν οὐ δύναται, οὗ καὶ μόνη ἡ βούλησις ἔργον ἐστὶ παράδοξον.

Εὐτονίῳ διακόνῳ. υοζ.

Τὸ τῆς σαρκὸς ὄνομα, διχῶς παρὰ τῇ θείᾳ εἴρηται γραφῇ· ποτὲ μὲν κατὰ τὴν φύσιν αὐτὴν, ποτὲ δὲ κατὰ τὸ φρόνημα καὶ φθοράν. καὶ τῆς μὲν ἀπόδειξις, τὸ πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς με θεωρεῖτε ἔχοντα. τῆς τῆς. δὲ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύναται. ὁ τοίνυν τὴν φθορὰν καὶ τὸ φρόνημα παιδαγωγῆσαι βουλόμενος, μαραίνει τὰ τῆς σαρκὸς ὑπεκκαύματα, καὶ ἀρέσκει θεῷ ἔτι σαρκὶ συνεχόμενος, καὶ κληρονομεῖ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν μετὰ σώματος ὡς ἀσώματος.

Ἰσιδώρῳ. υοη.

Ὅτι ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὴν κατὰ σάρκα γένεσιν ἔχει ὁ κύριος, καὶ Ματθαῖος καὶ Παῦλος καὶ Δαβὶδ, οἱ θεσπέσιοι σαφῶς ἀποφαίνονται. ὁ μὲν γράφων, Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβίδ· ὁ δὲ περίδηλον, ὡς ἐξ Ἰούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν τὸ κατὰ σάρκα· ὁ δὲ Δαβὶδ, Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι, τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μένει, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ἥλιος ἐναντίον μου. καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. τὴν μετὰ σαρκὸς διὰ τούτων σημαίνων τοῦ κυρίου ἀνάληψιν ἐν οὐρανῷ, ἀϊδίου ἐσομένης, ὡς ἀδιαιρέτως λοιπὸν τῷ θεῷ λόγῳ ἡνωμένης.